

Tekst 1

Inachus gaat op zoek naar zijn dochter Io.

583 Inachus unus abest imoque reconditus antro
584 fletibus auget aquas natamque miserrimus Io
585 luget ut amissam. Nescit vitane fruatur
586 an sit apud manes, sed quam non invenit usquam
587 esse putat nusquam atque animo peiora veretur.
588 Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
589 flumine et 'O virgo Iove digna tuoque beatum
590 nescioquem factura toro, pete' dixerat 'umbras
591 aliorum nemorum' (et nemorum monstraverat umbras)
592 'dum calet et medio sol est altissimus orbe.
593 Quod si sola times latebras intrare ferarum,
594 praeside tuta deo nemorum secreta subibis,
595 nec de plebe deo, sed qui caelestia magna
596 sceptris manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
597 Ne fuge me!' (fugiebat enim.) Iam pascua Lernae
598 consitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva,
599 cum deus inducta latas caligine terras
600 occuluit tenuitque fugam rapuitque pudorem.
601 Interea medios Iuno despexit in Argos,
602 et noctis faciem nebulas fecisse volucres
603 sub nitido mirata die, non fluminis illas
604 esse nec umentis sensit tellure remitti;
605 atque suos coniunx ubi sit circumspicit, ut quae
606 deprensi totiens iam nosset furta mariti.
607 Quem postquam caelo non repperit, 'Aut ego fallor
608 aut ego laedor' ait delapsaque ab aethere summo
609 constitit in terris nebulasque recedere iussit.
610 Coniugis adventum praesenserat inque nitentem
611 Inachidos vultus mutaverat ille iuvencam;
612 bos quoque formosa est. Speciem Saturnia vaccae,
613 quamquam invita, probat, nec non et cuius et unde
614 quove sit armento, veri quasi nescia quaerit.
615 Iuppiter e terra genitam mentitur, ut auctor
616 desinat inquiri; petit hanc Saturnia munus.

617 Quid faciat? Crudele suos addicere amores,
618 non dare suspectum est; pudor est, qui suadeat illinc,
619 hinc dissuadet amor. Victus pudor esset amore,
620 sed leve si munus sociae generisque torique
621 vacca negaretur, poterat non vacca videri.
622 Paelice donata non protinus exuit omnem
623 diva metum timuitque Iovem et fuit anxia furti,
624 donec Arestoridae servandam tradidit Argo.
625 Centum luminibus cinctum caput Argus habebat;
626 inde suis vicibus capiebant bina quietem,
627 cetera servabant atque in statione manebant.
628 Constiterat quocumque modo, spectabat ad Io;
629 ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.
630 Luce sinit pasci; cum sol tellure sub alta est
631 claudit et indigno circumdat vincula collo.
632 Frondibus arboreis et amara pascitur herba
633 proque toro terrae non semper gramen habenti
634 incubat infelix limosaque flumina potat.
635 Illa etiam supplex Argo cum bracchia vellet
636 tendere, non habuit quae bracchia tenderet Argo,
637 et conata queri mugitus edidit ore.
638 Pertimuitque sonos propriaque exterrita voce est.
639 Venit et ad ripas ubi ludere saepe solebat,
640 Inachidas ripas, novaque ut conspexit in unda
641 cornua pertimuit seque exsternata refugit.
642 Naides ignorant, ignorat et Inachus ipse
643 quae sit; at illa patrem sequitur sequiturque sorores
644 et patitur tangi seque admirantibus offert.
645 Decerptas senior porrexerat Inachus herbas;
646 illa manus lambit patriisque dat oscula palmis,
647 nec retinet lacrimas et, si modo verba sequantur,
648 oret opem nomenque suum casusque loquatur.
649 Littera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
650 corporis indicium mutati triste peregit.

Ovidius, Met. I, 583-650

Tekst 2

De Nederlandse schrijver Charivarius (1870-1946) heeft een bewerking gemaakt van het verhaal over Io. Hieronder volgt hieruit een fragment.

1 Eenzaam zat Inachus neer,
2 nu hij Io, zijn dochter, moest missen;
3 leeft zij, of leeft zij niet meer?
4 Wee! hij waagt slechts het ergste te gissen ...
5 Zeus echter zag haar eens gaan,
6 vrij, en ver van den vloed van d'r vader,
7 'Bruidje, jij staat me wel aan!'
8 zei de zondaar en driest drong hij nader.
9 'Ga met mij mee naar het bosch,
10 naar den hout op de helling der heuveln,
11 vlijen wij ons op het mos,
12 want daar kunnen wij kozen en keuveln.
13 Schaam je niet, schuchtere maagd,
14 ik ben heusch niet de eerste de beste,
15 Jupiter is 't, die u vraagt ... '
16 en zoo zwichtte de zwakke ten leste ...
17 Zeus was op alles bedacht,
18 en als schut tegen booze bespieders
19 daalde de duistere nacht
20 op een teeken des hemelgebeders.
21 Juno, de zedige, zag,
22 op haar troon in de wolken gezeten,
23 't donker op klaarlichten dag,
24 en daar moest zij het fijne van weten!
25 Ach, haar vertrouwen is klein
26 in de deugd van den donderverwekker,
27 ' 't Zou niet de eerste maal zijn,'
28 zucht ze zacht, 'en hoe ouder, hoe gekker.'
29 Snel strijkt Saturnia neer,
30 en, bedachtzaam, al onder het dalen,
31 doet zij het zonnelicht weer
32 de gebergten en bosschen bestralen.
33 Zie nu, hoe Zeus, op het punt
34 dat ze hem met de maagd zou betrappen,
35 Io herschept in een rund,
36 om aan smaad en verwijten t' ontsnappen!
37 'Geef mij die prachtige koe!'
38 vleit zijn gade. Hij raadt haar vermoeden.
39 Dies¹⁾ geeft hij zuchtende toe,
40 om haar argwaan niet verder te voeden.
41 'Waar komt dat wonder vandaan?'
42 vraagt nu Juno, die welhaast verrukt staat.
43 'Z' is uit den bodem ontstaan,'
44 zegt Jupijn²⁾, en hij liegt of 't gedrukt staat.

noot 1 Dies = daarom

noot 2 Jupijn = Jupiter

Tekst 3

Medea twijfelt of ze moet toegeven aan haar liefde voor Jason. Uiteindelijk besluit ze dit niet te doen. Ze gaat vervolgens naar het altaar van Hecate.

74 Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras
75 quas nemus umbrosum secretaque silva tegebat,
76 et iam fortis erat pulsusque resederat ardor,
77 cum videt Aesoniden exstinctaque flamma reluxit;
78 erubuere genae totoque recanduit ore,
79 utque solet ventis alimenta adsumere quaeque
80 parva sub inducta latuit scintilla favilla
81 crescere et in veteres agitata resurgere vires,
82 sic iam lenis amor, iam quem languere putares,
83 ut vidit iuvenem, specie praesentis inarsit.
84 Et casu solito formosior Aesone natus
85 illa luce fuit; posses ignoscere amanti.
86 Spectat et in vultu veluti tum denique viso
87 lumina fixa tenet nec se mortalia demens
88 ora videre putat nec se declinat ab illo.
89 Ut vero coepitque loqui dextramqueprehendit
90 hospes et auxilium submissa voce rogavit
91 promisitque torum, lacrimis ait illa profusis:
92 'Quid faciam video, nec me ignorantia veri
93 decipiet, sed amor. Servabere munere nostro;
94 servatus promissa dato!' Per sacra triformis
95 ille deae lucoque foret quod numen in illo
96 perque patrem soceri cernentem cuncta futuri
97 eventusque suos et tanta pericula iurat;
98 creditus accepit cantatas protinus herbas
99 edidicitque usum laetusque in tecta recessit.

Ovidius, Met. VII, 74-99

Tekst 4

Behalve de Metamorphoses heeft Ovidius nog een aantal andere werken geschreven. Hieronder volgen drie citaten uit deze andere werken.

A

Terugkeer vraag ik niet, al schenkt een grote godheid
de smekeling vaak meer dan hij verwacht.
Als u mij dichterbij een milder oord verordent,
dan wordt mijn straf aanmerkelijk verzacht.
Nu lijd ik 't uiterste, bij vijanden geworpen;
ook is geen balling verder van zijn land.

B

Als zij niet lief doet, niet op jouw avances ingaat -
verdraag het, houd maar aan: 't zal later beter gaan.
Een boomtak laat zich ook met zachte aandrang krommen,
maar breekt, wanneer je al je kracht erop probeert.

C

De eerste dag is gewijd aan u, Carna. Zij is de godin van het scharnier
en opent door haar goddelijke macht wat gesloten was, sluit wat geopend was.

Tekst 5

Alcyone bidt elke dag dat haar man Ceyx, die een zeereis is gaan maken, veilig thuis zal komen. In onderstaande tekst wordt verteld dat Morpheus, de god van de dromen, 's nachts aan Alcyone verschijnt in haar slaap om haar te vertellen dat Ceyx is verdronken in de Aegeïsche zee. Morpheus heeft het uiterlijk van Ceyx aangenomen.

658 Haec ait: 'Agnoscis Ceyca, miserrima coniunx?
659 An mea mutata est facies nece? Respice: nosces
660 inveniesque tuo pro coniuge coniugis umbram.
661 Nil opis, Alcyone, nobis tua vota tulerunt.
662 Occidimus! Falso tibi me promittere noli!
663 Nubilus Aegaeo deprendit in aequore navem
664 auster et ingenti iactatam flamine solvit,
665 oraue nostra tuum frustra clamantia nomen
666 implerunt fluctus. Non haec tibi nuntiat auctor
667 ambiguus, non ista vagis rumoribus audis:
668 ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.
669 Surge, age, da lacrimas lugubriaque indue nec me

- 670 indeploratum sub inania Tartara mitte!
671 Adicit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
672 crederet esse sui (fletus quoque fundere veros
673 visus erat), gestumque manus Ceycis habebat.
674 Ingemit Alcyone lacrimans, motatque lacertos
675 per somnum corpusque petens amplectitur auras
676 exclamatque: 'Mane!'

Ovidius, Met. XI, 658-676

Aantekeningen

- regel 658 **ait** *onderwerp Morpheus*
Ceyca *accusativus van Ceyx*
regel 659 **nex, necis** dood
respicio goed kijken
regel 661 **Nil opis** geen hulp (*lijdend voorwerp*)
votum gebed
regel 662 **Falso** t/m **noli!** Wacht niet meer op mij met valse hoop!
regel 664 **iactatam** *verwijst naar navem (regel 663)*
solvo uit elkaar doen vallen
regel 666 **implerunt = impleverunt**
fluctus *nominativus*
auctor boodschapper
regel 667 **ambiguus** onbetrouwbaar
regel 668 **praesens** in eigen persoon
naufragus *predicatief*
regel 669 **do lacrimas** tranen de vrije loop laten
regel 670 **sub** + *acc.* naar
regel 671 **his** *Vul aan verbis*
vocem, quam een zodanige stem dat
regel 672 **esse** *Vul als subjectsaccusativus vocem aan*
regel 673 **visus erat** hij scheen
manus *genitivus*